BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Propositiones.

- 1.a - Christus priusquam assumptione de potentia Dei absoluta potuit peccare.
- R. male sonat et offendit aures theologorum ideo retractetur.
- 2.a - Praedestinatos non esse ex praevisione boni usus liberi arbitrii tamquam conditione sine qua non.
- R. quid in hac materia sit docendum a nostris statuet in ordine studiorum quae iam paratur.
- 3.a - Non solum attritio, sed et contritio quoad substantiam actus potest esse ex solis viribus naturae.
- R. sapit pelagianismum, et post concilium tridentinum errori proxima est; ideo retractetur.
- 4.a - Potest homo ex solis naturae viribus mortem appetere pro deo et pro amico.
- R. idem iudicium quod de tertia, nisi intelligatur secundum quandam velleitatem.
- 5.a - Nunquam licet paenitenti declarare in confessione circumstantiam unde cognosci possit persona particeps peccati confessario.
- R. non est docenda.
- 6.a - Feminam posse abortum facere ante animationem foetus ut suae consulat famae vel domus vel monasterii probabile.
- R. errorem sapit nullo modo est permittenda.
- 7.a - Extremam unctionem in eodem morbo, vel diverso tamen eodem morbi statu non posse administrari.
- R. est contra communem theologorum sententiam, et ideo non docenda.
- 8. stando in iure naturali permissionem iure interiorem obligare in foro conscientiae ad explicandam talem permissionem ei cui facta est.
- R. falsa est, sed sine periculo.
- 9. Mancipia haereticorum in hoc Lusitaniae regno et tota hispania non pertinere ad ~~fiscum~~ fiscum ~~et~~ sed esse libera,

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

132

- R. Sed Jus comune verũ est, si tñ intelligatur de hereticis Christianis & catholicis tñ, alios nõ, ut defendunt Marianus, Socinus in c. absolutos. nº 10º extra de heret. Simancas ~~de~~ de Cath. inst. tit. 61. et Alfonsus a Castro lib. 2º de justa heret. puni. c. 7. Videndũ tñ erit si quid aliud habeant Jura regni lusitaniæ

- 10. Qui deliberate cogitat de re turpi, quia credit se nõ consensurũ, prævidet tñ ex tali cogitatione probabiliter subsecuturã delectationẽ & pollutionẽ, nõ peccat.

- R. Ut minus taliter dicti retractetur, et nullo modo permittat.

- 11. In casu heresis, cũ est spes certissima emẽdationis per correctionẽ fraternã, tenemur omissa correctione fraterna denuntiare.

Quã ius durã sit, tñ quia regulariter nõ est certa spes emẽdationis, et opposita sntã offenderet tribunal inquisitionis abstinendũ potius ab utraque in sentia.

- 12. Contumelia secreta quæ fit verbo contra proximũ nõ est obnoxia restitutioni

- 13. Contumelia secreta quæ committitur in facto, vel in epistola, vel in actione vel similii persone violatione, si nõ retingerat dãnũ permanens vulnerationis nõ inducit obligationẽ restitutionis

- 14. In iniuria sine damno illata, vel cũ damno, nõ tñ dãn permanente, nõ est obnoxia restitutioni.

- 15. Adulteriũ secretũ nullũ infert damnũ marito adulteræ, si nõ illa concipiat & pariat filiũ adulterinũ, ideo quis talis adulter ad nullã restitutionẽ tenetur.

R. Declaret quatuor has ultimas propositiones eẽ veras, quia raro inueniri potest modus satisfaciendi, quo tñ inuento nõ eẽ prætermittendã ~~restitutionem~~ satisfactionẽ.

144

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA